109.

König Ladislaus ertheilt der durch die traurigen Kriegsstürme erschöpften Stadt Kamenz einen Jahrmarkt auf den zweiten Sonntag nach Mariä Geburt. **Breslau, 1454 Dec. 27.**

Hdschr.: Abschrift in der „Oberlaus. Urkundensammlung" zu Görlitz mit der Notiz: „Von vidim. Abschr."

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie ꝛc. rex, Austrie et Lucenburgensis dux, necnon Moravie et Lusacie marchio ꝛc., notum facimus universis et singulis, quod animadvertentes civitatem nostram Camencz fatigatam miserandis precedencium bellorum procellis, et tollerandis molestiis suis levamen aliquod sibi impartitum esse nostre majestatis concessione gratuletur[a]), non per errorem aut improvide, sed deliberate et cum sano consilio nostrorum procerum et fidelium de certa nostra sciencia autoritate regia Bohemie, dicte civitati civibusque et incolis ipsius ac successoribus eorum in perpetuum graciose liberalitate regia damus, tribuimus ac concedimus annuas nundinas sive forum in secunda dominica post nativitatem gloriosissime virginis dei genitricis Marie, que sive quod dicta dominica die incipiant et usque ad sequentem immediate quartam feriam dumtaxat inclusive permaneant, volumusque ac decernimus, dictam civitatem ac cives et incolas ejus in dictis nundinis sive foro uti, frui et plene libereque gaudere omnibus immunitatibus, libertatibus, graciis, prerogativis et juribus universis, quibus vicine sibi civitates in suis annuis nundinis sive foro utuntur, fruuntur et gaudent. Mandamus igitur omnibus subditis nostris, cujuscumque officii, dignitatis, nobilitatis aut status existant, et presertim advocato nostro districtus terre sex civitatum Budissin, Gorlicz ꝛc., qui nunc est vel in futurum erit, ne prefatam civitatem, cives et incolas ipsius sub pena indignacionis nostre in supradictis eorum annuis nundinis sive foro vexent, turbent aut aliquo modo impediant, quin pocius eam atque ipsos defendant, tueantur et protegant, presencium sub appensione nostri regalis sigilli testimonio literarum. Datum Wratislawie die vicesima septima mensis decembris anno domini M° CCCC° quinquagesimo quinto, regnorum nostrorum anno Hungarie ꝛc. quintodecimo, Bohemie vero secundo.

110.

Stolpen, 1455 Nov. 12.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 56 mit S. an Pergamentstreif.

Bischof Caspar von Meißen urkundet, daß etliche gottergebene Leute in Kamenz für Errichtung eines neuen Altars zu Ehren folgender Heiligen: des Apostels Andreas, des Bernhardinus, des Jodocus und der Jungfrauen und Märtyrerinnen Katharina und Barbara in der St. Jodocuskapelle außerhalb der Stadt nachstehende Zinsen erworben haben: 6 Schillinge auf Hans Tischer's, 6 Schillinge auf Hans Bering's, 6 Schillinge auf Nickel Torgaw's, Nickel und Mertin Grunewalt's und des alten Lubke, 24 Groschen auf Mertin

109. *a) Unverständlich, jedenfalls corrumpirt in der Abschrift.*